

Edition: Leiden, Voss. lat. O 92 fol. 24-27

Brief 1

Bischof Walo von Autun wendet sich an Herfrid von Auxerre wegen Pfarreistreitigkeiten zwischen zwei Priestern¹.

Totius honestatis cultu famoso domno Erifrido venerabili episcopo/ *fol. 24^v*
Walo dei miseratione humilis episcopus aeternę vitę felicitatem./

Quia resistentibus secularis vitę incommoditatibus ita expedit^a, non valemus mutuis consolari allocutionibus. Idcirco di/versas plebes ecclęsiarum nostrarum patiuntur iniurias, quip/pe qui neque de alterna sanitate quiddam audire valemus, /nil aliud atque^b in talibus agendum nisi in solo deo spiritus/ <.....nere> rei pro invicem preces fundere. Volumus/ vestram paternitatem scire hunc presbiterum pro sua parroechia/ reclamantem, quam ille presbiter iniuste tenet, <ex villa> / <quae dicitur> illa, quae in utraque sita est parrochia. Qu(a re) / diligenter petimus per hunc inquiri et, secundum quod vos v/elle novimus, prudenter discuti, quemadmodum de vestra/ <confidimus> benivolentia. Valeat, obsecro, religio vobis celitus/ inspirata feliciter.

Brief 2

Ein fidelis Woltricus oder Wolgrimus übersendet Herfrid gute Wünsche und ein selbstverfaßtes Gedicht².

Beatissimo <in domino> honore dignissimo domno E(rifrido) / Autisiodorensis ecclesię a deo electo antistiti/ eius in domino fidelis <Wulgrimus.....> / *fol. 25^r*

Gaude et letare, pastor gloriose, in hac tanti diei sollemnitate³,/ in qua spiritus sanctus paracletus procedens a patre et filio apostolorum/ pectora igne sui amoris inflamavit, ut eos ad toleranda/ omnium adversariorum incommoda eo magis redderet for/tiores. Isti enim sunt cęli, qui tonant verbis, coruscant miraculis./ Multum enim, sanctissime

a) korr. Hs.

b) auf Rasur Hs.

1) Zu dem Brief vgl. oben S. 129 ff.

2) Zu dem Brief vgl. oben S. 131.

3) Vgl. dieselbe Formulierung unten in Brief 6, in dem es auch um das Pfingstfest geht.